

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Capvt X. Jejunium præsenti hominis statui covenientissimum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

fasse; ita quidem ut toto hoc tempore nec homines nec pecudes quidquam cibi aut potius libarent, adeò ut etiam infantibus in cunis hoc triduo fuerit lacte abstinentum. Triduanā inediā toleratā jejunium quadrangintadiale cepit, Chrysostomi sensu, quo quidem tempore vesperi dimitata panis aliquid cum aqua in alimentum admittebatur vitæ solū restabat. Et videt Deus opera eorum, & iusserit eis super malitiam quam fecerunt sicut erat, ut faceret eis & non fecit. Ninivitæ libidinum & gula flagitiis, aliisque magnæ varieratis sceleribus Deum gravissimè læserunt, & ad iram justissimam provocarunt: Gladium Deus atripiuit puniturus sceleras; at ubi civitas omnis tam feriojejunare coepit, gladium Deus vaginæ reddidit. Tanti est penitentia jejunii stabilita. Ionas ipse mirabatur, tot tantaque flagitia tam citid condonari. Iejunium oratione potentissimum, quidquid vult persuaderet; jejunium, certe veniam tam celere dāndam Deo persuasit.

## §. III.

**N**arrat scriptor illustrissimus Cæsar Baronius, anno à Virginis partu millesimo centesimo viceclimo quartu, Christianos in Palæstinā cinctos à Saracenis. Ninivitarum exemplo jejunium nemini detrectandum indixisse, adeò ut infantibus exām & pecoribus alimonia fuerit subtracta. Ita victoriam obtinuerunt incredibilem. Nam tria millia Christianorum, præcente crucis labaro, contra Saracenorum quadragesima millia progressi sunt ad confitum. Nec auxilium ex alto defuit. Nam caelitus spendor sic exterruit hostes, ut catervatum fugerent. In fugâ septem millia hostium cœsi, quisque quinque millia subversi. Illæsi ac sospites Christiani omnes redierunt. Iejuniū pugnavit; jejunium vicit. Optimè dixit Ambrofius: Nullum tam gravius delictum est, quod non purgetur abſentia, elemosynis extinguitur.

Rex Achab scelere non uno insignis, demum resipiens, operauit ciliō carnem suam, jejunavitque. Quo quidem penitentia cultu id effecit, ut Deus sibimet velut gratulator non sine Achabi encōmio dixerit ad Eliam: Nōnne vidisti humiliatiōnē Achab coram me? Igmar non inducam malum in diebus ejus. Acceptissima pro peccatis satisfactio jejunium, & gratissimum reconciliandō Numini sacrificium.

Et nōnne ab omni ævo damnata crapula, tempestantia laudata; illa ut malorum propè omnium causa, hæc verò ut optima offensio. Numinis placatio? Crapula deliciū contaminat, jugulat, ad inferos præcipitat, sed sit populus manducare & libere, & surrexere in ludeare. De impuro luso & inveterando sermo est. Idcirco adjungitur codem loci: Cecidēvntque in die illa quasi triginta milia hominum. Nimirum incrassatus est dilectus, & recalcitravit; incrassatus, impenitus, dilatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo fiduciā suo. Oblivio Dei imputanda crapula. Nōnne nancet etiamnum se pulchra concupiscentia, ubi sepultus est populus carnis avidus? Nōnne pro foribus ædium senex Heli eliditur in aote ipsius filii cadunt, in partu nurus expirat? Meruerat hoc domus sacrifiorum carnalium defraudatrix, gula dedita. Nōnne propheta temere paſsus, jejunii delicti poenam dedit leoni? Nōnne apud inferos in divite convivia cruciantur, in paupertate Abraham simum premente jejunia recreantur? Nōnne Anna conjux Elcanæ prophetam post jejunium & precies impetrat? Nōnne Daniel post jejunium triduanum Babylonio regi somnium explicat? Quis præstandia jejunanti in foreā Danieli per Angelum parata nesciat? Nōnne leguminibus & aqua pasti tres principes Hebrei Babylonias fornaces rident intacti? Nōnne Centurionis jejunantis precies audita? Nōnne Iosue precibus & jejunis hostes debellat? Nōnne re-

A g̃ Ezechiae cilicia & jejunia Deum ipsi misericordia cœliarunt, & omnes hostium cuneos quantumcumque numerosos profigarunt? Ie, unum expiatio noxa, rum, & gratum superius sacrificium.

## CAP V T X.

Iejunium presenti hominis statui convenientissimum.

**V**SITATVM p̄fīscis effatum fuit: Sapientis vi-  
tus faciūs. Nam natura tam contenta est modico, ut non nemo fatetur, imò etiam inebrietur, sumo tamquam meraco vino. Quod testatur metrum:

Natura plebs titubat, credas mera vina bibisse,

Quodque bībit, Tabaci nil nisi sumus erat.

Chameleon aurā p̄ficitur, cicadæ rōre viſitant, hi-  
rundines vermiculis & culicibus nutriuntur, Gangis  
accōle odore pomi vivere dicuntur. Natura paucis,  
paucissimis contenta. Et hoc in bonum hominis misericordia  
conducit. Cum enim in vitâ hac, penuria, pauper-  
tas, indigentia, inedia ubique sint obvia, potest etiam pauperrimus quisque id annone sibi conveheſe, quo certe vitam tueatur. Natura paucissimis contenta. Nec  
enim famis ambitioſa est, facile parabilem cibum non  
spēnit; obviis delectatur.

Diximus abstinentiam & jejunium valetudini plurimum conductere, cibi & somni condimentum, pecunia & famæ augmentum, spiritualium exercitationum adjuvamentum, noxarum antidotum esse. Nunc porro imus ostensu Iejunium huic nostro mortali-  
tatis statui esse convenientissimum.

## §. I.

**C**voluſsemus in paradiſo esse frugi, manus à furtivo pomo temperare, noster vivendi status fuſlet omni voluptatum genere abundare. Sæpius hoc cogitandum, ut tantè ē. Alius in notitiam cœli deducamur. Nunc verò diuturni à paradiſo exules sumus, vita omnis conſecranda est penitentia, pro floribus naſcuntur spine, lolio pafcimur. Heu miserabile lactuca! Atqui hunc penitentia statum nihil magis ad-  
decet quam temperantia & jejunium. Cum Saulis tentat. Hebrei regis subditus dominum Cum tumulo manda-  
rent, diebus septem jejunarunt. Lugere & jejunare cognata sunt.

Iudæos in Babyloniā captivos hortabantur incole: Hymnum cantate nobis de canicis Sion. Iudæi contra: Quo-  
modo, inquit, cantabimus canticum Domini in terra aliena? Cantent ii, qui etiamnum habitant Hierosolyma; os nostrum non responderet fistula; animus ærumnis perditus odit & arcit letitiam. Ita nos planè qui paradiſo cœcti miserè vagamur in exilio, ignari (quod misericordium) num in paradisum sumus redituri. Ita hoc quidem tempore deliciis indulgere, symposiis inter-  
feste, conviviis vacare, alienum prorsus est à lucu hujus temporis. Voluptas in exilio, monſtrum. Delicia in fletu, paradoxum. Penitentiam, lacrymas, abstinen-  
tiam hic rerum status sibi depositit. In horris Elysiis suavissimæ sonabant voces: Ex omni ligno paradiſi come-  
de. Sed brevi secutum est fulmen: Comeſes herbastere. In ſudore vultus tuus vesceris pane tuo, donec revertaris inter-  
ram, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem rever-  
teris. Esurialis cibus, oléra & herbae.

Ideo illi qui ſuper ſocos luculentos, culinas plena-  
nas, menſas opimas, ventrem infarrum habent, ju-  
remerito interrogandi sunt: Heus vos, o boni, num ſati-  
ſis, quā in regione, quo in statu, quibus in studiis verſe-  
min? Etiamnum amoenissima tempe vos incolare putatis? Fuitis in paradiſo, non cœſis amplius; nunc  
eremum habitatis & horridam ſolitudinem.

Mina-

**¶ 11. 12.** Minatur olim Isaías: Vocabit Dominus Deus exercitum tuum  
in die illa ad flerum & ad planum: & ecce gaudium & letitia,  
**¶ 13.** occidere virulos & jugulari arietes, comedere carnes, &  
**¶ 14.** libere vimum. Si dimittetur iniurias huc vobis, donec moriamini, dicit Dominus Deus exercitum tuum.

Hæc cantilena quodam Iudeis occinebatur. Haud alia Christiani ingenerunt à Christo: Væ vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ qui saturati estis, quia esuritis. Non agent hæc explicatione. Aperta, clara sunt latitudo. Væ opulentis, vae nugacibus, vae saturatis ac temulentis. Væ illis omnibus qui cælum extra cælum sibi fabricant, qui bona sua recipiunt, dum vivunt, & quidquid adversi est, lascivâ hilaritate concoquunt. Væ beatis extra beatitudinem æternam. Atqui vae istud in lega novâ plerumque inferos minatur.

Cum igitur vae illud mortisimum non sobrii & jejunis, sed saturi & ebrios, velut Damocli strictus erat gladius imminent, quid est, quod sobrietatem, jejunium, abstinentiam, occultis odiis insequimur? Adeòne liber ad perniciem nostram despere?

Solent opifcum famuli cum ex urbibus in alias terras emigrant, fidicines & una cadum cerevisia plenum solenni ceremoniâ praemittere, ut iter tanto hilarius ingrediantur. Si pari modo mancipia ad tritemes damnata, dum in viâ sunt ad illos navales carceres, tympana fiditum que cantus ante se vellent praecedere, rem utique stultissimam & omnibus Democriti canchinnis exhibilandam facerent. Quid enim opus, omni sero, tripliis istis? tritemibus jam jam affigemini, & patibulum vestrum inter choreas & plausus lubet accedere? Ita nos mortales ad tritemes damnati sumus, omnes, variè per transtra dispositi: terrificas subinde voces audimus: Remiga trifur, remiga, remiga. Neque à reno dimittimur, dum vita finiatur. Quām igitur luculenta fatuitas est reos tritemibus affixos splendide prandere, lautè cenare, & bacchanalia velle vivere? Quid hoc agitis furiosi, lautiis inter remigum fordes queritis? Non hoc temporis, non loci est. Laborandum & sudandum, abstinentium & jejunandum: hic vitæ nostræ status est. Mutatis vos & invertitis? Cavete, ne vobis olim occinatur illud: Fili recorde, quia receperisti bona in vita tua.

### ¶ II.

Vvat profectò hunc vitæ nostræ statum optimè intelligere. Intellexit eum vir sanctissimus è p̄scis Patribus Pior, qui non sedit nec accusuit, cum cibum sumpsit, nam ambulando comedit. Interroganti quid ita faceret? respondit: In sumendo cibo non qualiter facio, sed quasi supervacaneum quiddam. Mensa ratio hæc illi fuerat. Cibus, unicum paximatum cum quinque olivis; Creticum, quod illi cella propinabat, aqua fuit amara & salta. Nec enim alia illi locorum inventiebatur. Hortabantur virum aliqui, atque migraret, atque tam seipsum quād adventores & hospites suos ingenti molestiâ levaret: nam quicunque ad illum revilebant, simul aquam afferre secum cogebantur. His Pior religiosè ac prudenter: Si amaritudinem, inquit, fugitus abstinentia, & volumus in hoc mundo requiri habere, perpetuis paradisi deliciis non fruemur. Hic vir, hic est, qui vitæ statum probè habebat cognitum. Ideo annis triginta hos abstinentia rigores perpetuavit.

Nimirum remiges egeni sumus, non ita multò post è navigio in mare præcipitandi: Quid, obsecro, delicias fecerant, cur abstinentiam horremus? Tenui resiliisse vivitur. Quid stomachum laxamus ad cupiditatis mesuram? Chrysothomus temperatiam identidem instillans: Ventrem, inquit, accepisti, non ut nutritas, non ut distendas, non ut dominum habeas, sed ut illi domine-

ris, ut tibi inserviat ad ceteras partes aliendas, non ut illi servias, non ut fines transfilias. Scias igitur in eo te statu degere, in quo corpus subesse ac famulari debeat, animus præsse ac imperare, olim ambo simul futuri sunt rerum domini.

Severinus Boëthius hunc vitæ statum, quem de Boëth. 1. 2. pingimus, oratione pedetra exprimens: Paucis, inquit, de Consol. minimeque natura contenta est, cuius satietatem si superfluis metro 4. urgere velis, aut injucundum fieri, quod infusus, aut noxium. pros. 5. Theologi affirmant, jejunium juris a precepti esse naturalia. Adeòque si quis carnis ac cacodaemonis blanditus est juris dimentis aliter resistere non posse, vel ipsa huic naturæ præterita naturalis.

Ajunt hominem in carcera immittissimos congerit. Etum fame necandum. Ille, ut sagax est gula & fames,

riso scutari, alimoniam querere, angulos opines ex-

cuteare, denique nihil nisi panem lapideum invenire:

lapidem comeat refugient dentes, dentium jacturam non aestimare vitæ amor persuaderet. Ergo, ut diutius

posset vivere, non recusavit validissimè elutre. Ita panem durissimum non arrofit, sed suxit, & reposuit in

diem sequentem. Idem altero die fecit, non assumens

panem, sed fugens. Quo quidem suetu in novem hebdomades vitam prostraxit. Cumque iam pridem con-

tabuisse fame crederetur, repertus est vivus & sine

morro, sed viribus ob famem tam diuturnam ex-

haustis.

En, obsecro, quām verè natura, ut Boëthius loquuntur, minimis sit contenta. Quod Seneca illustri testi monio confirmans: Parvo, inquit, famis constat, magnò initio, & fastidium. Infelices vos estis, qui existimat vos famem maiorem habere quām ventrem. Venter non est molestus creditur, parvo dimittit: si modo das illi, quod debes, non quod potes, laudem aut afflues, si ipse talis.

### ¶ III.

**J** N coronidis vicem hic attexo. Medicus celeberrimus, & eruditissimus eximius familiaris medicus agens serio affirmavit, eam vivendi methodum Vivendi haberet longè probatissimam, quæ aut etiam penitus methodus abscederet, aut cerculum unicum, vel utriusloquebatur, simplex aliquid, sive hordeum probè lixum, seu ova duo, sive ossulam ex ovis factam, seu, quod omnium optimum videtur, modestum & parcum è carne cerculum, idque unum atque unicum permitteret. Idem & Cardanus præcipiens: Cener modicâ carne, Cardanus inquit, aut bonis p̄scibus, præseruum affis. Is fanè vitam in columen & sensus ad ultimum deductæ 41. & proximis menses bârunt. Sed queras, dicásque: Hoc quidem in cibum, pag. 106. quid porrò admittis in potum vesperi, num mensuram vini?

Si helluo, mi Lector, ut bibo es, legem vix ullam audies; si valetudinis & sobrietatis amans ex potum cibo debita proportione addes: parum cibi parum requiri potus. Hordeum aut off. suum una secum adferunt potum. Quocirca his talibus cibis aut nullus potus aut parciissimus est addendus. Sin alter fiat, in medicis leges & valetudinem delinquetur. Vitæ ac valetudinis amor salubrem quandoque famem aur. fitim non horret. Christum audit vocerantem: Beati qui Lut. 6. nunc esuris, quia saturabimini. Vita brevis & incerta in horrore defertoque loco exigitur. Beati qui modicum esurire ac sitiare discunt; Beati qui quod necessarium faciendum, libenter faciunt; Beati qui corpori cariagendo in leges abstinentiae sanctissimas urant; Beati qui parabili modico que victu contenti, se suamque famem cœlo servant; Beati apud quos convivia, comedationes, symposia ignota sunt, quia loco meliori satrabuntur. Ecclesiastes sapientissime præmonens: Eccles. 6. 3. Omnia, inquit, tempus habent: Tempus stundi, tempus ridendi, tempus.

Tempus

Tempus edendi, tempus abstinenti. Tempus epulandi, tempus jejunandi. Nunc quidem dum tritembus affixi laboramus, plorandi ac jejunandi tempus est, in celo epulandi erit. Satiabitur cum apparuerit gloria Domini.

## CAPVT XI.

*Jejunium quotidiano sanctissimum hominum ius confirmatisim.*

**C**YRIPÆDIAM scripsit Xenophon, & Rem publicam Plato, & Oratorem Tullius, quemadmodum pictores eorum, quos depingunt, effigies plerumque formosiores penicillo reddunt quam sint. Et Xenophontis quidem Cyriædæ nobilissimis præceptionibus abundat. Has Cyrus diætis exemplisque tradidit, non quod is reverè talis vixerit, sed quod eum tam vivere decerit. Inter preceptiones ceteras Cyrus & hanc tradidit: Qui præsentem sibi tem voluntatem eripit, & ab ea temperat, non ejus opinionis est, ut numquam velit hilaritatem, sed ut futuro tempore tantò plus voluntatis habeat, quanto plus sibi admittit. Objectioni respondit Cyrus hominum profanorum, à quibus haec voces sunt: Quid assidue tam mœsta? Tempus flendi, tempus exilii, tempus abstinenti, tempus largiendi & jejunandi. Sudandum in tremi, esurirendum ac stiendum, nihil altius, nil cupidarum desiderandum, ubi panis mucidus & foetens aqua in deliciis sunt. Quousque tandem ista? Hæc, ajunt, identidem cogitare nimis temerarium & morosum est. Vivamus hilariter, & curemus, ut nobis bene sit, dum licet.

Huic hominum genio paucissim respondeat Cyrus: Voluptatis victoria, voluptas maxima. Hoc omnibus Christi amicis semper perspectivum fuit. Eorum hic aliquos nominare animus est; omnes aut piroscus nec toto libro possim complecti. Ita more meo feligam, non colligam. Itaque paucorum hic exempla subiiciam, qui abstinenti & jejunii laude floruerunt, quique nos seros nepotes docuerunt, eadem gradì viā ad celum.

## S. I.

**B**Afilius Magnus in jejunii elegia disertissimus: Omnes sanctos, ait, quotquot fuerunt, ad vitam Deo dignam per jejunium fuisse institutos. Omnia divinae paginae volumina per volvē, & probatissimos quoque ac sanctissimos homines crebrius ac severius invenies jejunis operatos.

Moses bis quadragintadiale jejunium strictissime servavit, quo toto tempore nec cibi quidquam nec potus admisit. Ipse de scipio: Perseveravi, ait, in monte quadraginta diebus ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens. Hæc prima Mosis quadragesima fuit. Alterius idem tetris mentionem injiciens: Et procidi, ait, ante Dominum, sic prius, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens propter omnia peccata vestra, que gestis contra Dominum, & eum ad inacundiam provocasti: timui enim indignationem & iram illius, quam adversum vos concitatus delere vos voluit. Et exaudivit me Dominus etiam hac vice. Eni jejunii cum oratione conjuncti vires.

Mosen æmulatus Elias, qui Angeli monitu pane subcinericio & fonte publico se reficiens, in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb ambulavit. Post jejunium tam prolixum, familiarissimum cum Deo colloquium impetravit. Rem admirandam! Hi soli duo jejunatores in rupe Taborei cum Domino. Et s' colloqui sunt audiunt. Adeo arctam cum celo familiaritatem conciliat jejunium.

**A**Iuditha sanctissimæ famæ vidua, quod sacra pagina testatur, jejunavit omnibus diebus vite sue, præter sabbata & festa domus Israël: Hæc una & sola femina v. 6. Holofernem cum omni Assyriorum exercitu debellavit precibus & jejunis.

Juditham imitata Esther regina, quæ triduum to. Epist. 4, tum impræsa & incenata precibus vacavit. Rem v. 16. grandem petuit & obtinuit. Jejunium orationi jun. 14. v. 1. etum potest omnia.

Gemina in hoc Estheri Sara, quæ pariter triduanam Tobi. 4, in diem constantissime toleravit. Non est ca. 2. 10. tapula vel illa machina, quæ certius celum expugner quām jejunium.

Patientia magister Iobus jam in fimo velut in lectulo compositus, amicis adsidentibus, septem diebus & septem noctibus jejunavit. Ne quid exempli ad omnigenam patientiam decesserit, non solidum cruciatus corporis, sed & latratus stomachi famem sitimque pertulit. Nihil excipit vera tolerantia, silentio pugnavit Iobus & jejunio; ita victoriæ reportavit, ita ftagios hostes triumphavit. Vis cacodæmonem debellare; Jejuna, Gulofos & saturos non timet hic hostis, sed temperantes & sobrios. Sulpitius Galba, Imperator, Suetonio teste, in Germaniam inferiorem misit contra opinionem, Aulum Vitellium profundæ gulae hominem & ventri natum. Nemo non mirabatur 408, Galbam nihil sibi ab eo monstrò timere. At Galba nullos, aiebat, minus metuendos, quām qui de solo victu cogitarent, comedones, gula proceres, catillones. Ita profectò diabolus abstinentes, sobrios, jejunantes timet; gulofos, manducones, patinarios, popinones, ingluviros non timet. Certani sibi ab his spondet victoriæ.

Tobias vir suæ gentis laudatissimus, ut tantò promptius liberalis esset in mortuos, convivium jam paratum dñserens properavit rei suam terræ reddere. C Copulatae virtutis est petenti stomacho negare escam, & mortuo non roganti etiam cum ytre periculo impetrari. *Suetonius in Petilio missis pag.*

Esdram sacerdos de scipio: Et prædicavi ibi jejunium, 1. Esdras inquit, justæ fluvium Abava, ut affligeremur coram Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam, jejunavimus autem, & rogavimus Deum nostrum pro lete, & evenit nobis prospero. Dicit confidans: Sedi, ait, & flevi, & lux diebus multis, & jejunabam & orabam ante faciem Dei cali. Esdras impetrasse, quæ petuit, ne miremur, precibus armatis egit.

Regum sanctissimus David jejuniorum asiduate omnes superavit. Hinc illæ in psalmis: Humiliabitur in jejunio animam meam. Operui in jejunio animam meam. Genitæ meæ infirmata sunt à jejunio. Ut filiole morituro vitam impetraret a Deo, jejunio jejunavit. Hoc sanè scimus est jejunium, cum vires deficeret, corpus attenuari, genua labare incipiunt, cum animus inediâ velut vestre undique operitur, cum jejunio jejunatur. Sunt enim aliqui, qui, sicut audientes non audiunt, ita jejunantes non jejunant: adeo enim abundantæ & delicate præstant vel cenant, ut gulorum quisque illorum jejunia, quām aliorum non jejunantium prandia malit. Nam illi tales quod minus jejunum sentiant, non mulum ante horam undecimam cubitu surgunt. Ita è lecto mensam eduliorum varietate struunt accedunt. Nihil pisiū, nil ovorum, nil oleris aut puluis melioris nec ad saturitatem, nec ad delicias defit. Ad præsepe tam plenum quis esuriet? Sed, inquis, Ecclesia leges nihilominus seruo. Cruciatæ Bullam habeo, carnis abstinenceo, semel dumtaxat in die calentes cibos adminto, contentus unâ refectione. Sed hæc tua, ô bone, una refectio duabus aliis aut tribus æquiparanda. Non est hæc esurialis, sed aditialis cena. Et quamvis forte satisficias legi, non tamen legis fini, qui

*3 Reg. c. 19.  
v. 8.*